

polluti, siue sententiâ notati, penitus carere probantur. Unde, cum omnibus Discipulis parem ligandi, atque solvendi potestatem Dominus daret; Petro pro omnibus, & præ omnibus claves Regni Cælorum se daturum promissit, dicens: **1. Math. 16.** Tibi dabo claves Regni Cælorum. Quicumque ergo ab unitate Ecclesie (quæ per Petrum intelligitur) fuerit alienus; execrare non potest, consecrare non valet: excommunicationis, vel reconciliationis potestatem non habet. Unde Apostolus, cum fornicatorem Corinthium excommunicandum scriberet, ait: **1. Cor. 5.** Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu iam iudicavi ut præses, eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu Christi tradere huiusmodi hominem Satane in interitum carnis. In quo formam excommunicationis ostendens docuit, non nisi fidelem, & à fideli notandum. In nomine namque Domini, atque ejus virtute cooperante, non nisi fidelis aliquid operari valet: cum nemo possit dicere: Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto. Item cum Dominus prohibeat Agnum comedi extra Catholicam Ecclesiam; qui professione fidei ab ea sunt alieni, ab ejus participatione, quam suo arbitrio reliquerunt, non repelluntur, sed abire permittuntur: sicut illi, qui audientes: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, &c. dixerunt: **Joan. 6.** Durus est hic sermo; & quis potest eum audire? atque ita abierunt retrorsum; non repulsi, sed abire permisi. Hinc etiam Apostolus, cum de excommunicandis ageret, præmisit: **1. Cor. 5.** Si quis frater, &c. De infidelibus autem suppositis dicens: **1. Cor. 5.** Eos, qui foris sunt, Dominus iudicabit. De his autem, qui intus sunt, nobis iudicium committit. Sicut autem ex eo, quod Apostolus ait: Frater, & ex his, quæ de fidelibus, & infidelibus suppositis, apparet non nisi fidelem excommunicandum; ita ex eo, quod fidelibus tantum hoc scribitur, vel potius, quia fidei ille, qui benedicit, major est eo, cui benedicitur, ita qui ex officio maledicit, major est eo, cui maledicitur; liquido constat eum, qui ab integritate Catholicæ fidei recedit, maledicendi, vel benedicendi potestatem minime habere. Catholicum namque, utpote fe superiorem, maledicere non valet: in alienum à fide, tanquam in sibi æqualem, sententiam dare non potest. Hæc autem, quæ de Hæreticis, atque Schismaticis, vel Excommunicatis dicta sunt, videlicet, quod ligandi, vel solvendi potestatem non habeant, multorum auctoritatibus probantur. Ait enim **Corr. Rom. a Sin autem.** Non defuerunt, qui crederent hæc quoque esse Alexandri. Sed apud Ivonem, & in Pannormia non habentur: & in vetustis Gratiani codicibus hic est ea nota, quæ solet apponi verbis Gratiani. Et est secundum membrum divisionis in ipso Questionis principio à Gratiano propositæ: omninoque & stylus, & quæ dicuntur, ad id confirmandum concurrunt. **8 Spiritus postulet.** Verba ipsa Apostoli sunt hæc: Similiter autem Spiritus adjuvat infirmitatem nostram. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. In Glossa autem interlineari ad eum locum sunt verba sequentia, Spiritum impetret.

V. LEO Papa I. *Serm. 3.* in Anniversario suæ Assumptionis, & *Serm. 2.* de Natali Apostolorum. [c. an. 443. Romæ.]

Non solvitur, vel ligatur, nisi quod auctoritas Beati Petri solverit, vel ligaverit.

Polyc. 1. 7. tit. 1. Anet ergo Petri privilegium, ubicumque ex ipsius fertur æquitate iudicium: nec nimia est severitas, vel remissio; ubi nihil erit ligatum, nihil solutum, nisi quod Beatus Petrus aut solverit, aut ligaverit.

VI. ITEM AUGUSTINUS super Joannem, *tract. 50. ad c. 12.* [an. 412. in Africa.]

In persona Petri, ligandi & solvendi Ecclesia potestatem accipit.

Polyc. 1. 7. tit. 2. Quodcumque ligaveris super Terram, erit ligatum & in Cælo. Si hoc Petro tantum dictum est, non hoc facit Ecclesia. Si autem in Ecclesia fit (ut quæ in Terra ligantur, in Cælo ligentur, & quæ solvantur in Terra, solvantur in Cælo: quia cum excommunicat Ecclesia, in Cælo solvitur reconciliatus.) Si ergo hoc in Ecclesia fit; Petrus, quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significavit. Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia Boni, in Judæ persona significati sunt in Ecclesia Mali.

PITH. Augustinus. Ex tract. 124. in Joan. *Si hoc Petro.* Ambros. lib. de Dignit. Sacerd. cap. 2. [an. 376. Mediolani.]

VII. ITEM AMBROSIIUS ad c. 5. Lucae. *Suis meritis firmus, nonnunquam turbatur alienis.*

Polyc. 1. 7. tit. 3. Non turbatur navis, quæ Petrum habet: turbatur illa, quæ Judam habet. Etenim illic Discipulorum merita navigabant; tamen eam adhuc pericula Proditoris agitabat. In utraque Petrus: sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caveamus igitur periculum, caveamus proditorem: ne per unum fluctuemus plurimi. Ergo non turbatur hæc navis, in qua Prudentia navigat, abest perfidia, fides aspirat. Quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is, in quo est Ecclesie

firmamentum? Illic ergo turbatio, ubi modica fides: hic securitas, ubi perfecta dilectio. Denique et si alius imperatur, ut laxent retia sua; soli tamen Petro dicitur: **Luc. 5.** in altum, hoc est, in profundum disputationum. Quid enim tam altum, quam altitudinem divitiarum videre, scire Dei filium, & professionem Divinæ generationis assumere? **2. Math. 16.** quam licet mens nequeat humana plenè rationis investigatione comprehendere; fidei tamen plenitudo complectitur.

Corr. Rom.] In plerisque vetustis est tantum, *Item Ambrosius.* In vulgatis autem addebatur, *super Marcum.*

VIII. IDEM ibidem paulò inferius. [an. 376. ibid.]

Solus Petrus accepit mandatum, ut hanc piscem caperet.

Est aliud Apostolicum piscandi genus: quo genere solum Petrum piscari Dominus jubet, dicens: *Mitte baculum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle.*

IX. ITEM LUCIUS Papa I. Episcopus Gallie, & Hispanie. [an. 253. Româ in Galliam, &c.]

Nulla perturbatio à tyrantia Apostolica Sedis retrahat, quæ omnes hæreses semper destruat.

A Recta ergo fide, & Apostolico tramite propter ullam perfectionem nolite recedere, scientes, quoniam iuxta Salvatoris sententiam, beati sunt, qui perfectionem patiuntur propter iustitiam. Hæc est Apostolorum viva traditio: hæc vera charitas, quæ prædicanda est, & præcipue diligenda ac fovenda, atque fidelialiter ab omnibus tenenda: hæc sancta, & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia: quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur: nec Hæreticis novitatibus depravata succubuit; sed, ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis Apostolorum Christi principibus, illibata sine tenus manet.

X. ITEM SIXTUS Papa II. ad Gratium Episcopum, *Epist. 1.* [c. an. 258. Româ in Africam.]

Fides Romana Ecclesia omnem hæresim destruit, nullam fovet.

Memor sum me sub illius nomine Ecclesie præfidere, cuius à Domino Jesu Christo est confessio glorificata: & cuius fides nullam hæresim unquam fovit; sed hæ omnes quidem hæreses destruit. Intellego autem mihi aliter non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ, in qua universalis Ecclesie salus infestatur, impendam.

XI. ITEM EUSEBIUS Papa I. Episcopus Tuscie, *Epist. 3.* [c. an. 307. vel 312. Româ in Tusciam.]

Nullis hæresibus Romana succubuit Ecclesia.

IN Sede Apostolica extra maculam semper est Catholica servata Religio.

XII. ITEM INNOCENTIUS Papa I. Episcopus Concilii Milevitani, *Epist. 26.* [an. 417. Româ in Numidiam.]

Ad Romanam referatur Ecclesiam, quoties ratio fidei ventilatur.

Quoties fidei ratio ventilatur; arbitrator omnes fratres, & Coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis, & honoris autorem referre debere (veluti nunc retulit vestra Dilectio:) quod per totum Mundum possit Ecclesiis omnibus in commune proficere.

PITH. Epist. 26.] Initium Epistolæ ad Felicem, est huic dissimile, & Epistola ad Episcopos Concilii Carthag. *Quoties.* Non est inter Epistolâ Innocentii, quarum antiquissima habeo exemplaria tria.

XIII. ITEM JULIUS Papa I. ad Episcopos Orientales, *Epist. 1.* [an. 337. Româ in Orientem.]

Christiana religionis zelum Romana Ecclesia præ ceteris habuit.

Officii nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas: quibus major cunctis Christianæ religionis zelus incumbit.

XIV. ITEM HIERONYMUS ad Damasum in expositione Symboli. [fortè c. an. 378. à Palestina Romanam.]

Aliorum ora non timet fides, quam Romana commendat Ecclesia.

Hæc est fides, Papa Beatissime, quam in Ecclesia Catholica didicimus, quamque semper tenuimus, & tenemus: in qua si minus perire, aut parum caute forte aliquid positum est; emendari cupimus à te, qui Petri & fidem, & sedem tenes. Sin autem hæc nostra confessio Apostolorum tui iudicium comprobatur; quicumque me culpæ voluerit, se impetritum, vel malevolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit. **Item.** §. 1. Sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & Domino providente, & beato Petro Apostolo opem ferente in futuro manebit,

sine ulla Hæreticorum insultatione, firma & immobilis omni tempore persistet.

Corr. Rom. a Sancta.] Hæc videntur sumpta ex Epistola Marci Papæ ad Athanasium, sed alio modo aptata. Nam apud illum post alia quædam sic legitur, *Non, ut nos aliquid finistram vestra ex parte abiretur: sed nos vos, illosque absque ulla in posterum titubatione nunquam sentire optavimus: & Sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & Domino providente, & beato Petro Apostolo opem ferente, in futuro manebit sine ulla Hæreticorum insultatione, firma & immobilis omni tempore persistet.*

XV. ITEM MARCELLUS Papa universis Episcopis per Antiochiam constitutis, *Epist. 1.* [an. 309. Româ in Orientem.]

Aliud, quam Romana Ecclesia neque sentire, neque docere permittitur.

Polyc. 1. 1. tit. 15. Ansel. 1. 1. c. 15. **Math. 16.**

Rogamus vos Patres, ut non aliud doceatis, neque sententiâ, quam quod à beato Petro Apostolo, & reliquis Apostolis, & Patribus accepistis. Ab illo enim primò instructi estis. Ideò non oportet vos proprium derelinquere patrem, & alios Ipsi. Ipsi enim caput est totius Ecclesie: cui ait Dominus: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c.* Ejus enim sedes primitus apud vos fuit: quæ postea, jubente Domino, Romam translata est: cui, administrante gratia Divina, hodierna præsidemus die. Nec ab ejus dispositione vos deviare oportet: ad quam cuncta major Ecclesiastica negotia, Divina disponente gratia, iusta sunt referri: ut ab ea regulatè disponantur, à qua sumptè principia. Si verò vestra Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit Sedi; nulla est, quæ ejus non sit subiecta ditioni.

Corr. Rom.] In hoc Capite aliqua sunt & addita, & in sum locum restituta ex originali. Glossa autem ad verbum, oportet, facile transponi potest.

PITH. Rogamus.] Egepp. lib. 3. cap. 2. Ambros. lib. 5. Epist. 32. c. per venerabilem, Extr. qui filii sunt legit. & c. fundamenta, de elect. in 6. *Jubente Domino.]* Utilitatis causâ, supra c. 34. quæst. 1. caus. 7.

XVI. ITEM LEO Papa I. Diofoco Episcopo Alexandrino, *Epist. 79.* ad 81. [an. 445. Româ in Aegyptum.]

Alexandrina Ecclesia à Romana dissentire non licet.

Cum Beatissimus Petrus Apostolicum à Domino accepit principatum, & Romana Ecclesia in ejus permanet instituti; metas est credere, quod sanctus Discipulus ejus Marcus, qui Alexandriam primò Ecclesiam gubernavit, alius regulis traditionum & suarum decreta formaverit: cum fine dubio de eodem fonte gratiæ unius spiritus fuerit & Discipuli, & Magistri: nec aliud ordinatum tradere poterit, quam quod ab ordinatore suscepit.

Corr. Rom. a Traditionum.] Sic est emendatum ex duobus vetustis Gratiani codicibus, Anselmo, & originali ipso. Antea legebatur, *aliis regulis, & traditionibus sua decreta firmaverit.*

XVII. ITEM AMBROSIIUS in Commentariis ad c. 22. Lucae, lib. 10. c. 12. [an. 376. Mediolani.]

Professione sua fidei auctorem erroris Romana abscedit Ecclesia.

SI Petrus volens percussit aurem, docuit quod aurem habere in specie non deberent, quam in ministerio non haberent. Sed bonus Dominus & ipsi refundit auditum: secundum Prophetica dicta demonstrans & ipsos, si convertantur, posse sanari, qui in passione Domini vulnerati sunt: eo quod omne peccatum fidei mysteris abluatur. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus? Quia ipse est, qui accepit claves regni Cælorum. Ille enim condemnatus est potestatem, quoniam ligandi, & solvendi idem adeptus est potestatem. Tollit aurem male audientis, tollit autem gladio spiritali aurem interiore male intelligentis. Caveamus, ne cui tollatur auricula, dum legitur passio Domini. Si ad Divinitatem ejus referimus infirmitatem corporeæ passionis; excidit auricula, & exciditur à Petro: qui non passus est Christum Prophetam æstimari; sed Dei filium docuit fidei confessione signari.

Corr. Rom.] Citabatur antea ex Gregorio, apud quem non est inventum.

XVIII. ITEM CYPRIANUS in Tractatu de Unitate Ecclesie. [c. an. 255. in Africa.]

Extra unitatem sanctæ Ecclesie Spiritus Sanctus non accipitur.

Liquirit Dominus ad Petrum: *Ego dico tibi,* inquit, *quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo Ecclesiam meam.* Super unum ædificat Ecclesiam: & quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam, parem potestatem tribuit, & dicit: *Sicut misi me pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum;* tamen ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua autoritate disposuit. Hoc erant utique, & ceteri Apostoli, quod fuit & Petrus, pari honoris præditi, & honoris & potestatis. Sed exordium ab unitate proficiscitur: ut Ecclesia una monstraretur:

quam unam Ecclesiam etiam in Cantico Canticorum Spiritus Sanctus ex persona Domini designat, & dicit: *Una est columba mea, perfecta mea: una est matri sua, electa genitrici sua.* Hanc Ecclesie unitatem a qui non tenet, tenere se fidei credit? Quæ Ecclesie renititur, & resistit, in Ecclesia se esse confidit? Quando & beatus Apostolus Paulus hoc idem docet, & sacramentum unitatis ostendit, dicens: *Unum corpus, & unus Spiritus: una spes vocacionis vestra. Unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus.* Quam unitatem tenere firmiter, & vindicare debemus, maxime Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus: ut Episcopatum ipsum unum, atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat: nemo fidei veritatem perida prævaricatione corrumpat. §. 1. Episcopatus unus est: cujus à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur: quomodo Solis multi radii, sed lumen unum: & rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundaturum: & cum de fonte uno rivi plurimi defluunt, numerofitas licet diffusa videatur exundantis copie largitate; unitas tamen servatur in origine. Avelle radium Solis à corpore; divisionem lucis unitas non capit. Ab arbore frange ramum; fructus non germinare non poterit. A fonte præcide rivum; præcisus arefcet. Sic & Ecclesia Domini luce perfusa, per Orbem totum radios suos porrigit: unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur; nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam Terram copia ubertatis extendit: profuentes largiter rivos latius pandit: unum tamen caput est, & origo una, & una mater est fecunditatis succubilis copiosa. Illius foetu nascimur: illius lacte nutrimur: Spiritus ejus animamur. Adulterari non potest sponsa Christi: incorrupta est, & pudica. Unam domum novit: unius cubicali sanctitatem casto pudore custodit.

Corr. Rom. a Unitatem.] Quæ sequuntur usque ad vers. Quando, addita sunt ex originali: ex quo alia etiam & addita, & emendata sunt.

XIX. IDEM ibidem paulò inferius. [c. an. 255. ibid.]

Non habet Deum Patrem, universalis Ecclesia relinquens unitatem.

Lienus est, profanus est, hostis est: habere jam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. **Item infra.** §. 1. Dominus enim cum Discipulis suis unanimitatem suaderet, & pacem: *Dico, inquit, vobis, quoniam si duobus a ex vobis convenierit in Terra, de omni re, quancumque petieritis, contingeret vobis à patre meo, qui in Cælis est. Ubicumque enim fuerint duo, aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum,* ostendens non multitudini, sed unanimitati deprecantium plurimum tribui. *Si duobus, inquit, ex vobis convenierit in Terra: unanimitatem prius potuit: concordiam pacis antè præmisit: ut conveniat nobis fideliter, & firmiter, docuit. Quomodo autem potest cum aliquo convenire, cui cum corpore ipsius Ecclesie, & cum universa fraternitate non convenit? Quomodo possunt duo, aut tres in nomine Christi colligi, quos constat à Christo, & ab ejus Evangelio separari?*

Corr. Rom. a Si duobus.] Sic legitur in octo vetustis Beati Cypriani codicibus, & hic, & aliis locis, ubi hæc Evangelii sententia asseritur. In vulgatis tamen est, ut antea apud Gratianum, *Si duo ex vobis convenierit.*

XX. ITEM AUGUSTINUS lib. 7. de Baptismo, c. 51. [c. an. 412. ibid.]

Ligandi & solvendi non habet potestatem, qui unitatem pacis Catholice non tenet.

Omnibus consideratis puto me non temere dicere alios ita esse in domo Dei, ut ipsi etiam sint eadem domus Dei, quæ dicitur ædificari super petram, quæ unica & columba appellatur, quæ sponsa pulchra sine macula & ruga, & hortus conclusus, fons signatus, puteus aque viæ, paradisus cum fructu pomorum: quæ domus etiam claves accepit, ac potestatem solvendi & ligandi. Hanc domum si quis corripientem, corrigentemque contempserit, *sic tibi, inquit, sicut Ethnicus, & Publicanus.* De hac domo dicitur: *Domine dilexi decorem domus tue, & locum habitationis gloria tue. & Qui habitare facit unanimes in domo, & Jocundatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. & Beati qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te.*

Corr. Rom.] Antea & hoc, & sequens Caput tribuebantur Hieronymo, quemadmodum etiam apud Anselmum, & in Polycarpo.

XXI. IDEM lib. 2. c. 6. [c. an. 412. ibid.]

Varia crimina variis sunt panis afficienda.

Non afferamus stateras dolosas, ubi appendamus quod volumus; & quomodo volumus pro arbitrio nostro dicentes; hoc grave, hoc leve est: sed afferamus Divinam stateram de Scripturis sanctis, tanquam de thesauris Domini: & in illa, quid sit gravius, appendamus: immò non appendamus, sed à Domino appensa recognoscimus. Tempore illo, quo Dominus priora delicta recentibus penarum exemplis cavenda monstravit, & Idolum fabricatum, atque

1. Math. 16. Tibi dabo claves Regni Cælorum. Quicumque ergo ab unitate Ecclesie (quæ per Petrum intelligitur) fuerit alienus; execrare non potest, consecrare non valet: excommunicationis, vel reconciliationis potestatem non habet. Unde Apostolus, cum fornicatorem Corinthium excommunicandum scriberet, ait: **1. Cor. 5.** Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu iam iudicavi ut præses, eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu Christi tradere huiusmodi hominem Satane in interitum carnis. In quo formam excommunicationis ostendens docuit, non nisi fidelem, & à fideli notandum. In nomine namque Domini, atque ejus virtute cooperante, non nisi fidelis aliquid operari valet: cum nemo possit dicere: Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto. Item cum Dominus prohibeat Agnum comedi extra Catholicam Ecclesiam; qui professione fidei ab ea sunt alieni, ab ejus participatione, quam suo arbitrio reliquerunt, non repelluntur, sed abire permittuntur: sicut illi, qui audientes: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, &c. dixerunt: **Joan. 6.** Durus est hic sermo; & quis potest eum audire? atque ita abierunt retrorsum; non repulsi, sed abire permisi. Hinc etiam Apostolus, cum de excommunicandis ageret, præmisit: **1. Cor. 5.** Si quis frater, &c. De infidelibus autem suppositis dicens: **1. Cor. 5.** Eos, qui foris sunt, Dominus iudicabit. De his autem, qui intus sunt, nobis iudicium committit. Sicut autem ex eo, quod Apostolus ait: Frater, & ex his, quæ de fidelibus, & infidelibus suppositis, apparet non nisi fidelem excommunicandum; ita ex eo, quod fidelibus tantum hoc scribitur, vel potius, quia fidei ille, qui benedicit, major est eo, cui benedicitur, ita qui ex officio maledicit, major est eo, cui maledicitur; liquido constat eum, qui ab integritate Catholicæ fidei recedit, maledicendi, vel benedicendi potestatem minime habere. Catholicum namque, utpote fe superiorem, maledicere non valet: in alienum à fide, tanquam in sibi æqualem, sententiam dare non potest. Hæc autem, quæ de Hæreticis, atque Schismaticis, vel Excommunicatis, vel Excommunicatis dicta sunt, videlicet, quod ligandi, vel solvendi potestatem non habeant, multorum auctoritatibus probantur. Ait enim **Corr. Rom. a Sin autem.** Non defuerunt, qui crederent hæc quoque esse Alexandri. Sed apud Ivonem, & in Pannormia non habentur: & in vetustis Gratiani codicibus hic est ea nota, quæ solet apponi verbis Gratiani. Et est secundum membrum divisionis in ipso Questionis principio à Gratiano propositæ: omninoque & stylus, & quæ dicuntur, ad id confirmandum concurrunt. **8 Spiritus postulet.** Verba ipsa Apostoli sunt hæc: Similiter autem Spiritus adjuvat infirmitatem nostram. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. In Glossa autem interlineari ad eum locum sunt verba sequentia, Spiritum impetret.

Polyc. 1. 7. tit. 1. Anet ergo Petri privilegium, ubicumque ex ipsius fertur æquitate iudicium: nec nimia est severitas, vel remissio; ubi nihil erit ligatum, nihil solutum, nisi quod Beatus Petrus aut solverit, aut ligaverit.

VI. ITEM AUGUSTINUS super Joannem, *tract. 50. ad c. 12.* [an. 412. in Africa.]

In persona Petri, ligandi & solvendi Ecclesia potestatem accipit.

Polyc. 1. 7. tit. 2. Quodcumque ligaveris super Terram, erit ligatum & in Cælo. Si hoc Petro tantum dictum est, non hoc facit Ecclesia. Si autem in Ecclesia fit (ut quæ in Terra ligantur, in Cælo ligentur, & quæ solvantur in Terra, solvantur in Cælo: quia cum excommunicat Ecclesia, in Cælo solvitur reconciliatus.) Si ergo hoc in Ecclesia fit; Petrus, quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significavit. Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia Boni, in Judæ persona significati sunt in Ecclesia Mali.

PITH. Augustinus. Ex tract. 124. in Joan. *Si hoc Petro.* Ambros. lib. de Dignit. Sacerd. cap. 2. [an. 376. Mediolani.]

VII. ITEM AMBROSIIUS ad c. 5. Lucae. *Suis meritis firmus, nonnunquam turbatur alienis.*

Polyc. 1. 7. tit. 3. Non turbatur navis, quæ Petrum habet: turbatur illa, quæ Judam habet. Etenim illic Discipulorum merita navigabant; tamen eam adhuc pericula Proditoris agitabat. In utraque Petrus: sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caveamus igitur periculum, caveamus proditorem: ne per unum fluctuemus plurimi. Ergo non turbatur hæc navis, in qua Prudentia navigat, abest perfidia, fides aspirat. Quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is, in quo est Ecclesie

Polyc. 1. 1. tit. 15. Ansel. 1. 1. c. 15. **Math. 16.**

Rogamus vos Patres, ut non aliud doceatis, neque sententiâ, quam quod à beato Petro Apostolo, & reliquis Apostolis, & Patribus accepistis. Ab illo enim primò instructi estis. Ideò non oportet vos proprium derelinquere patrem, & alios Ipsi. Ipsi enim caput est totius Ecclesie: cui ait Dominus: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c.* Ejus enim sedes primitus apud vos fuit: quæ postea, jubente Domino, Romam translata est: cui, administrante gratia Divina, hodierna præsidemus die. Nec ab ejus dispositione vos deviare oportet: ad quam cuncta major Ecclesiastica negotia, Divina disponente gratia, iusta sunt referri: ut ab ea regulatè disponantur, à qua sumptè principia. Si verò vestra Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit Sedi; nulla est, quæ ejus non sit subiecta ditioni.

Corr. Rom.] In hoc Capite aliqua sunt & addita, & in sum locum restituta ex originali. Glossa autem ad verbum, oportet, facile transponi potest.

PITH. Rogamus.] Egepp. lib. 3. cap. 2. Ambros. lib. 5. Epist. 32. c. per venerabilem, Extr. qui filii sunt legit. & c. fundamenta, de elect. in 6. *Jubente Domino.]* Utilitatis causâ, supra c. 34. quæst. 1. caus. 7.

XVI. ITEM LEO Papa I. Diofoco Episcopo Alexandrino, *Epist. 79.* ad 81. [an. 445. Româ in Aegyptum.]

Alexandrina Ecclesia à Romana dissentire non licet.

Cum Beatissimus Petrus Apostolicum à Domino accepit principatum, & Romana Ecclesia in ejus permanet instituti; metas est credere, quod sanctus Discipulus ejus Marcus, qui Alexandriam primò Ecclesiam gubernavit, alius regulis traditionum & suarum decreta formaverit: cum fine dubio de eodem fonte gratiæ unius spiritus fuerit & Discipuli, & Magistri: nec aliud ordinatum tradere poterit, quam quod ab ordinatore suscepit.

Corr. Rom. a Traditionum.] Sic est emendatum ex duobus vetustis Gratiani codicibus, Anselmo, & originali ipso. Antea legebatur, *aliis regulis, & traditionibus sua decreta firmaverit.*

XVII. ITEM AMBROSIIUS in Commentariis ad c. 22. Lucae, lib. 10. c. 12. [an. 376. Mediolani.]

Professione sua fidei auctorem erroris Romana abscedit Ecclesia.

SI Petrus volens percussit aurem, docuit quod aurem habere in specie non deberent, quam in ministerio non haberent. Sed bonus Dominus & ipsi refundit auditum: secundum Prophetica dicta demonstrans & ipsos, si convertantur, posse sanari, qui in passione Domini vulnerati sunt: eo quod omne peccatum fidei mysteris abluatur. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus? Quia ipse est, qui accepit claves regni Cælorum. Ille enim condemnatus est potestatem, quoniam ligandi, & solvendi idem adeptus est potestatem. Tollit aurem male audientis, tollit autem gladio spiritali aurem interiore male intelligentis. Caveamus, ne cui tollatur auricula, dum legitur passio Domini. Si ad Divinitatem ejus referimus infirmitatem corporeæ passionis; excidit auricula, & exciditur à Petro: qui non passus est Christum Prophetam æstimari; sed Dei filium docuit fidei confessione signari.

Corr. Rom.] Citabatur antea ex Gregorio, apud quem non est inventum.

XVIII. ITEM CYPRIANUS in Tractatu de Unitate Ecclesie. [c. an. 255. in Africa.]

Extra unitatem sanctæ Ecclesie Spiritus Sanctus non accipitur.

Liquirit Dominus ad Petrum: *Ego dico tibi,* inquit, *quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo Ecclesiam meam.* Super unum ædificat Ecclesiam: & quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam, parem potestatem tribuit, & dicit: *Sicut misi me pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum;* tamen ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua autoritate disposuit. Hoc erant utique, & ceteri Apostoli, quod fuit & Petrus, pari honoris præditi, & honoris & potestatis. Sed exordium ab unitate proficiscitur: ut Ecclesia una monstraretur: